

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Pontani De Immanitate**

**Pontano, Giovanni Gioviano**

**[S.I.], 1519**

De immanitate quae existit ex occupata patriae libertate

[urn:nbn:de:bsz:31-270824](#)

## De Immanitate.

Vides igitur. Id nūc non deplangit Roterodamus, germanus Christianæ veritatis purissimæq; religionis assertor, maxime autem in præfatione in ep̄las Pauli ad Corinthios. Roterodamus.

## De immanitate: quæ existit ex occupata patriæ libertate.

Patria post  
deum

Hercules.

Dionysius  
Junior, qui  
& Corinthi

**S**equitur aliud immanitatis genus maxime huic propinquum ac coniunctum, nam cum post deum patria secundum obtineat locum: quæ intetabilior: magisq; violenta potest esse immanitatis species: q; occupata patria libertatem ciuib; suis eripere: tyrannidemq; exercere: ac inter rapinas: exilia: grassationes: torturasq; versari ac cædes continuas: parte alia vitam agere voluptriam: vt vitroq; vitæ genere belluas videare se: qui: illarūq; inhærere vestigijs: rationabiliq; parte deprauata: ancillatum agere tum immundissimum voluptatum: tum rabiosi impetus appetitionumq; violentissimaru. Insectatus dicitur monstra Hercules protuenda libertate: aut restituenda ijs quibus fuisse adempta. quæ ob merita inter deos ipse consensu hominum relatus est. Timebat uxores Dionysius: ac maxime suspectas tuhas habebat: tum etiam filias, adurebat sibi capillum candente carbone: dum omnis pauitat: dum nulli fudit: propter contaminatissimam cædibus: rapiniscq; conscientiam. Quid autem immanius: q; filias metuere: cum ex aduerso videamus feras ipsas: ad quas relicto homine hi ipsi rapiunt: pro

## Fol. XIII

tuendis catulis suis etiam invenatorum tela incur  
 rere: proq; illorum salute mortem quam euitare  
 fuga possent: volentes oppetere. vt belluis ipsis  
 appareant tum inferiores: tum etiam deteriores.  
 Ciuitia illa tot & tanta Romanorū bella quid præ  
 se aliud ferunt: q̄ summam detestabilissimamq;  
 immanitatem. qua in re vel triculentissima exupe  
 rauerint animalia. Quando enim aut leones: aut  
 tigrides in aciem prodierunt aduersum se ipsas:  
 coactis vndiq; ex Asia Europaq; atq; ex Africa  
 præsidij: Quo fit vt in hoc ipso genere immani  
 tatis: homines ipsis sint belluis superiores: facile  
 q; vincant eas ipsius quoq; sensus nedum ratio  
 nis abusu: impotentissimacq; appetitus exultatio  
 ne ac dominatu. Itaq; in hoc ipso scelerum ac ma  
 lorum tumultu ac calamitate pater in filiis: filius in  
 patris viscera gladium adegit: mutuoq; sese con  
 foedauerunt crurore: id quod nullis vnc̄ in prælijs  
 præterq; ciuibibus contigisse legitur. viure exclamare  
 liceat Terentianis verbis O cœlum: o terra:  
 o maria Neptunia. Quid enim a sole spectari po  
 tut indignius: ipsisq; ab cœlitibus: Verū in hoc  
 ipso sceleratissimæ cupiditatis genere non ciues  
 modo peccant: patriæq; suæ occupatores: verum  
 sanguinolentissime etiā cruentantur i; qui domi  
 ni dicuntur regesue atq; id genus potentatus alij:  
 dumalius alium gladio aut veneno effert regnandi  
 gratia. An non patrem hic ipsum: ille autem fra

Ciuitia bel.

tr.



### De Immunitate.

Thebana  
bella

Augustus  
Cæsario

Mahometus

Amorathus

Lud. Gallo-  
rum R.  
Carolus Gal-  
lorum R.

Lud. Dux  
Mediolani

Tuneta

Dionysius  
Corinthi

trem sustulit aut e cognatis aliquem. Defamata illa tantopere Thebana bella quid aliud decantant: quanque miserabilem in modum: præterque: fraternalis acies: alternaque regna profanis decertata odijs: Augustus Cæsarionem Cæsaris patris ex Cleopatra filium e medio sustulit: quo solus imperaret. Non multis nos ante annis Mahometus fratrem suum gladio consecit: quo solus ipse succederet Amoratho patri in Asiae ac Græciæ imperio. Qua e successione imperium Constantinopolitanum funditus eversum est. Ludouicus Galliarum rex Caroli octaui pater eius qui regnum Neapolitanum his ipsis vexauit annis in fratrem etiam suum grassatus est: atque haud multo post Ludouicus Maria in Galeatij fratri filium: quo ipse ducatu Mediolanensi liber ac solus potiretur. Paucis simis nuper mensibus apud Tuneta in Africa de regno ita decertatum est: vt fratres ipsi fratrumque ipsis filij sese inuicem trucidauerint. Itaque regna ipsa: dominatus: imperia vident allestante esse quædam ad postremam etiam immanitatem: sanguinisque cognati effusionem.

Dionysius Iunior, qui expulsus regno Corinthi pueros litteras & Musicam mercede docuit, De quo Anicula, quæ pro eo deos precabatur causam interrogata respondit. Cum plures vidisser in Syracusis tyrannos continua successione detineres, ipsum præstare incolumem esse, ne & item deterior ei succedat. De Syculis Dionysij passim scriptores.

Adurebat sibi capillum. Alij scribunt quod ob suspitionem filias tonstrices habuit.

Fol. XIII.

Rapinis. Rapiebat aureas pateras e manibus diuorum simu  
lachrorum, dicitans bona a diis porrigentibus accipienda.

Valerius. Valerius.

Contaminatissimam conscientiam. Quæ vna omniū **Conscientia**  
res est efficacissima, adeo ut nulla tormenta melius prodant  
maleficium q̄d conscientia, nullus carnifex leuerius puniat q̄d  
hæc. Vnde apud Satyricum surdo verbere cædit. Hanc sensu  
re Poetæ quum de diris & vtricibus furijs fabulantur, Roteo  
rodamus.

Iuuenalis. Iuuenalis  
Seruius. Seruius super hoc uersu. Ne pueri, in sexto connume **Ocio bella**  
rat a Cæsare tria, ab Augusto post Cæsarem defunctū quin, ciuilia  
q̄d bella ciuilia gesta, atq; ita Po. Ro. secissæ consuetudinem ci  
uilium bellorum.

Erasmus. Erasmus pre se aliud ferunt. Si legeris apud Erasmum pa  
cis querimoniam, & item explicationem ad agij multorum li<sup>z</sup> **Bellum omo**  
teris celebrati. Dulce bellum inexpertis, statim videbis bellū nium malo  
semel esse quendam oceanum omnium malorum quicquid us rum ocea  
nus. q̄d est in rerum natura.

Statius. Statius Fraternas acies. Caput est Papini in Thebaide. Historiā  
si cupis ex Diodoro pere. Interpres hunc locum enarrans dicit  
Poetam execrabilius sumpsisse contra naturam, quod ad præ  
sentem Pontani tractationem attrinet.

Apud Tuneta. Tunis oppidum vetus adhuc nomen non  
amisit in loru Carthaginensi situm: Hic Sarraceni Regiā cons  
tituere, quam nunc Sacratissimus & potentissimus Carolus  
quintus Romanorum Cæsar, & Hispaniarum Rex, Christia  
norum q̄d Imperator designatus cum alijs plærisq; regijs vrbi  
bus Africæ habet tributariam.

Tunis:

Carolus, v.  
Cesar. i. rex  
Hispaniarū,  
Archidux  
Austriæ

In quo differant inter se cru  
delitas & immanitas.

**Q**Voniam autem magna quædā inesse vi  
detur immanitati cum crudelitate cōmu  
nitatis: prætereundum non est; quibus in